Dilectis Filijs Communitati, & Hominibus Ciuitatis noſtræ Camerineñ.

PIVS PAPA IIII.

DILECTI Filij Salutem, & Apoſtolicam beñ. Synceræ deuotionis, quem ad nos, & Romañ. gerere comprobamini Eccleſiam, promeretur, vt vos ſpecialis gratiæ fauore proſequamur, ac his quæ per vos pro totius reipublicæ veſtræ Camerineñ. felici ſtatu ſalubriq; directione prouide facta dicuntur, vt firma perpetuò, & illibata perſiſtant, muniminis Apoſtolici firmitatẽ libenter adijciamus. Exponi ſiquidem nobis nuper feciſtis, quòd aliàs vos cupientes rempublicam veſtram Camerineñ. ſalubriter dirigi nonnulla Statuta, Capitula, & Ordinationes regimen, & gubernium vtilitatemq; publicam dictæ Ciuitatis concernentia feciſtis, ſtatuiſtis, & ordinaſtis, prout in Inſtrumẽto, ſeu inſtrumentis publicis, aut aliis ſcripturis deſuper confectis, dicitur plenius cõtineri. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, vos, ne Capitula, & Ordinationes huiuſmodi ab aliquibus tractu temporis ſpernantur, ſeu paruifiãt, ſed firmius accuratiuſq; obſeruentur, deſideratis illa pro eorũ ſubſiſtentia firmiori Apoſtolico munimine roborari. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

NOS igitur, qui cunctas reſpublicas potiſſime nobis ſediq; Apoſtolicæ immediate ſubiectas ſalubriter dirigi, noſtris præſertim temporibus ſynceris exoptamus affectibus, inſtrumenti, ſeu inſtrumentorum, aut aliarum ſcripturarum præfatorum, veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quæcunq; Statuta, Capitula, & ordinationes, per vos quomodolibet, & ſub quibuſcunq; verborum formis, necnon quaſcunq; pœnas in ſe continentia, regimen, & gubernium, ac vtilitatem dictæ Ciuitatis concernentia, & prout illa concernunt omnia, & ſingula in inſtrumẽto, ſeu inſtrumentis, aut aliis ſcripturis deſuper confectis huiuſmodi contenta (licita tamen & honeſta) ac ſacris Canonibus non contraria, nec contra libertatem Eccleſiaſticã tendentia, neq; Decretis Concilii Tridentiñ. aduerſantia auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, perpetuò Approbamus, & Confirmamus, illiſq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac illa omnia, & ſingula valere, validaq; & efficatia fore ac ſuos plenarios effectus ſortiri debere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi Nos præmiſſa omnia, & ſingula feciſſemus, ſtatuiſſemus, & ordinauiſſemus, omneſq; & ſingulos, tam iuris quàm facti, & ſolemnitatum etiam forſan ſubſtantialium defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus. Et ita per quoſcũq; Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romañ. Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Necnõ quicquid ſecus ſuper his á quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritũ & inane decernimus. Et nihilòminus pro potiori cautela ea omnia & ſingula prout per vos facta, ordinata, & ſtatuta fuerunt, etiam cum omnibus pœnis, et circũſtantiis in eis contentis Facimus Statuimus, et de nouo Ordinamus, ac

omnes

omnes, et ſingulas perſonas dictæ Ciuitatis illiuſq; diſtrictus ad eorum omnium obſeruationem omnino teneri, ac quoſcunque illis contrauenientes pœnas in eis forſan contentas incurrere, et ad illarum ſolutionem ſententiis cenſuris, et pœnis Eccleſiaſticis aliiſq; opportunis iuris, et facti remediis cogi, et compelli poſſe, et debere ſimiliter decernimus, et declaramus. Quocirca dilectis filiis curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, et in illis partibus Legato, ſeu Vicelegato, aut Gubernarori pro rempore exiſtentibus, per præſentes committimus, et mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, et in eis contenta quæcunq;, vbi et quando opus fuerit, ac quotiens pro parte veſtra deſuper fuerint requiſiti ſolenniter publicantes, Vobiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis prę ſidio aſſiſtentes facianr auctoritate noſtra literas, et in eis conrenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos quos literæ ipſæ concernunt, et concernent in fururum pacifice gaudere, non permirtentes eaſdem literas, et in eis contenra huiuſmodi à quoquam negligi, aut eis contraueniri, ſed omnia, et ſingula contenra in eiſdem firmiter obſeruari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cẽſuras, et pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opporruna iuris remedia appellatione poſtpoſira compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus cenſuras, et pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando: inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtañ. felicis recordarionis Bonifatii Papæ viij. prędeceſſoris noſtri, qua caueatur, ne quis extrà ſuam Ciuitatem, vel Dioc. niſi in certis exceptis caſibus, et in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ dioc. ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à ſede prædicta deputari extrà Ciuitatem, vel dioc. in qua deputari fuerint contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, et de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodò vltra rres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, et aliis Apoſtolicis necnon in prouincialibus, et ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtirutionibus, et ordinationibus priuilegiis quoq; indultis, et literis Apoſtolicis quibuſuis dictæ Ciuitatis, et aliis perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus, et formis, ac cum quibuſuis clauſulis, et decretis quomodolibet etiam Motu Proprio conceſſis approbatis et innouaris. Quibus omnibus illorum veriores tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dunraxat ſpecialiter, et expreſſe derogamus, cæreriſq; contrariis quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo piſcatoris Die XXV. Octobris M. D. LXIIII. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

M. Amalfitan.

Da. Hanieri.